



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

23. S. Ildephonsus Archiepiscopus Toletanus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

Deus noster, qui solvit maledictionem,  
& dedit benedictionem. O igitur digna-  
re me, amare te Virgo Sacrata. Pro-  
fectò fuit Dominus cum B. V. & ipsa  
cum Domino in eodem labore, & in eo-  
dem opere nostræ Redemptionis. Ma-  
ter misericordiæ Patrem misericordia-  
rum adjuvit in opere nostræ salutis  
Rich. à S. Laur.

*Instructio meritoria.*

Quos Deus conjunxit, nunquid sepa-  
rabimus nos? absit ô Fili! cum *Officio*  
Immaculatæ Conceptionis oremus, &  
*Officium minus* de S. Josepho quod huc  
fecimus, fecimus & Filio Christo Do-  
mino. Et nunquid displicebit?

Festum S. Ildephonsi Archiepi-  
scopi Toletani.

EXHORTATIUNCULA I.

**D**elictum Mariæ fuit Ildephonsus  
Unde? quia hujus Virginitatem  
contrà hæresim Mariæ inimicam fortiter  
propugnauit, & totâ Hispaniâ ejecit. U-  
quid otiosus est noster in Mariam amor?  
undique hostes, persecutores Mariæ ubi-  
que!

que! Ah! si ego Mater: Ubi honor? ubi  
timor meus?

*Instructio meritoria.*

Defendamus Matrem, & ut impiæ ces-  
sent hæreses, omnisque exhibeatur Dei-  
paræ reverentia, per octo dies *Rosario-*  
*lum* constans *decem Ave* in veneratio-  
nem *decem Marianarum virtutum.*  
1. Castitatis. 2. Religionis. 3. Pruden-  
tiæ. 4. Humilitatis. 5. Fidei. 6. Grati-  
tudinis. 7. Obedientiæ. 8. Paupertatis.  
9. Timoris Dei. 10. Patientiæ summâ  
devotione recitemus. En! pietatem,  
quam Christus docuit B. Joannam Ord.  
Annuntiatae Mariæ.

II.

**O** Si sancti cœlites id nobis contesta-  
rentur, quod S. Leocadia Magno  
Ildephonso dicens: *Per te, Ildephonse!*  
*vivit Domina nostra.* Quàm benè, quàm  
suaviter forent nobis ultima vitæ tempo-  
ra! quid enim terreat Mariophilum?  
tenet Mariam: Quis auferet? mors?  
non auferet, sed uniet fortiùs cum Matre  
filium.

*Instructio meritoria.*

Vivat ergò Maria! vivat in potentiis!  
 vivat in sensibus! vivat in corpore, &  
 anima! decies per diem hæc ipsa repe-  
 tamus desideria, & hilari mente opte-  
 mus: *Vivat Jesus amor meus, & Ma-  
 ria Mater ejus.* Porrò Litanias Laure-  
 tanas subjungamus. Infelix homo, qui  
 non vivit, nec servit Mariæ!

## III.

**F**estum Expectationis instituit S. Ilde-  
 phonsus. Placuit Mariæ Mariam  
 hæc pietas; amore reddidit amorem,  
 dum casulam obtulit pretiosam arte coe-  
 lesti. Non est virtutis obsequium, quod  
 non præmiatur Deus, & Maria.

*Instructio meritoria.*

Præmia ut & nos promereamur pluri-  
 ma, dies Mariæ sacros omni devotionis  
 sensu, & affectu præveniamus, aut vita  
 solitariâ, aut unâ, alterâve abstinentiâ  
 Inchoemus hodie, & addamus illa septem  
*O majora.* Multum dat, qui propter Ma-  
 riam suos appetitus abnegat.

Con